

*II. Epistola D. Johannis Friend ad Editorem missa, de
Spasmi Rarioris Historia.*

È à humanitate, Vir Clarissime, nuperum illud de Hydrocephalo à me dissecto Scriptum amplexus es, ut vereri debeam ne id mihi jure succenseas, si Patrocinium Tuum, ad quod me ita ingenuè provocasti, tanquam non invitatus defugerem. Hoc nisi apud me multum valeret, vix jam oculis tuis obtulisse de affectu spasmodico eam quæ sequitur Historiam : cujus quidem morbi ratio generalis licet obvia sit apud Authores & familiaris, norma tamen & Typus in hoc spasmō observatus ab omni ferè convulsionum specie hactenus descriptā multum abludit. Quædam utiq; symptomata iis quæ mox habebis nou dissimilia recenset Jacobus Seidelius in Convulsione quam * *obser. M. L.* vocat Hyperphysicam, uti oris distortionem, exertionem, *rrr 4.* linguae indecoram, & clamores deniq; ululatum canum referentes : at præterquam quod morbus hic non naturali causæ sed incantamento ab Authore ascribatur, alia ibi sunt symptomata nostris longè discrepantia ; eaq; etiam quæ consentiunt nec Typi insolentia nec Paroxysmi vel impetu vel diuturnitate cum sequentibus conferenda sunt.

Æstate præteritâ magnus apud nos percrebit rumor puellulas quasdam apud Blackthorn in agro Oxoniensi latratibus crebris more canum correptas esse. Duas scilicet familias pestis hæc invasit : quarum unam forte adiit, ut de re tam inauditâ sibi certò constaret, Vir omnium Medicarum laude præcellens D. Willisius ; ille quæ est semper in me benevolentia casum, qualem oculis accepit, mihi impertitus est, quem ipsius verbis hoc est optimis sic accipe.

L 1111

Fune-



Funestum hoc & inanænum liberorum spectaculum reversurum ex itinere, ut orbiter inviserem, tum rei novitas, tum amicorum desideria paulo morabantur. Tunc enim non procul aberam a Villâ dictâ Blackthorn, quæ pâslim hodie celebratur non tam loci antiquitate, quam sonorâ lue circumquaq; nota ac infamis. Ubi primum aures meas infestabat terribilis e longinquâ ejulantum concentus; domum verò ingressum statim salutabat vociferantium puellarum horror propinquior, cuilibet harum respondentे prorsus æquis vicibus violentâ capitis motatione, quasi ad ejus nutum, pagi nequam tibicinem æmulantes, ingratam pariter modularentur harmoniam. Vultu erant ab omniibus spasmis immuni, præter motus oris frequenter oscillantes; & pulsus iis sanorum similis, nisi sub finem paulo debilior. Sonus, ut mihi videbatur, non tam canum latratum referebat, quam eorum erat ejulatibus similis, nisi quod crebrior fieret, singultibus illum vicissim reciprocantibus. Morbus hic novus Cynicus nulli hartm quinq; quas uidere erat, ætati pepercit; cæterum omnes pariter invasit, ab annum sextum aut circiter agente usq; decimum quintum. Sæpe inter has vociferationes colloquijs pariter & sensibus integris fruebantur: Interdum renovans, more canum venaticorum, cæteras omnes quasi ad mali societatem vocaret. Tandem deficientibus spiritibus singulæ cedebant paroxysmo velut Epileptico, quas quidem certo certius lapsuras stratus in domo media lectulus expectabat: paulisper alta quies, & qua lem forornm esse deceat, concors ac juxta decubitus. Actutum vero novus Spirituum orgasmus; quæq; harum pectus aut alia membra ferire, & proximæ cuivis facere molestiam, par puellarum ætate minorum dum ibi commoratus fui, expergescatæ et soporem morbosum & forores in lecto deseruerant: Cæterum ijs rediit eadem vociferatio, nec dissimilis capitis motantis spasmus. Nota & Visa dico, quæ secus mihi fabulæ viderentur; sed neque liberorum ætas hæc suspectæ esse fidei, neque lucristudium procul habitum aut parentum sinit conditio.

Historiâ adeo notabili permotus; spectaculum hoc visu dignum arbitrabar, itaq; Jun. 12. 1700. Blackthorniana petens, alteram ibi familiam affectu hoc laborantem invisi; atque hic quidem filium unum & tres ejusdem matris filiolas motibus culvulsiis ante decem Hebdomadas laccessitos reperi, praeunte nec morbo aliquo nec evidenti causâ. Initio quidem puellarum altera tantum correpta est; eam prima accessio ad duas horas exercuit, reliquæ cum fratre, uti mater retulit, sororis ægritudine ita turbatæ & perculsæ sunt, ut intra paucos dies ipsæ etiam terrore victæ spasmodicis insultibus succumberent. Sub adventum meum omnes Spasmo immunes præ foribus ludos agebant, quo quidem otio ultra semihoram læræ fruebantur, satis longum scilicet ijs videbatur hoc tantillum intervalli, quod a multis retro Hebdomadis frustra optârant. Vultus ijs colore satis probabilis, sermo alacris, indoles perquam vivida, membra vegeta & ad motum quemvis idonea; nec ulla ab hoc affectu accrevit mali nota, nisi quædam eaq; perexigua virium imminutio & languor, pulsus tam impetu quam intervallo rite compositus. Tandem puella natu major, annum agens decimum quartum, promore spasmis afficitur; unicum accessionis prænuntium sensit quasi Ventriculi intumescentiam, quæ gradatim tanquam Globus ad fauces perreptans musculos Laryngis & capitis monuit, ut solitas contractionis tragædias inchoarent, ascensus iste in omnibus notabatur paroxysmi certus & perpetuus præcursor, quem si sistere aut compescere conarentur, vehementiori impetu accessit insultus sœvijtq; diutius. Sonus quem nullâ interpositâ morâ satis injucunde modulabatur, canum latratum aut ejulatum (aliter ac fama erat) non omnino referebat, videbatur potius incauditum quoddam Cantilenæ genus ex tribus numeris five tonis ijsq; bis repretitis compositum, quos suspirium veluti anhelum exceptit, et tandem simplici modulo clausum, qui reliquis multo vehementior erat simulq; acutior. Desunt sane verba, quibus næniam hanc

vivum depingam, nullâ forte oratione pîngendam ; ejus scilicet ingenij est, quæ fidelibus tantum auribus potest percipi, descriptioni parum commoda. Quin quomodo euimq; adumbratam contilenam continuo sere recinit puello ; aliquando enim per intervalla modulos variabat quandoq; cum iam ei spiritus deficeret, velocius intrebuit tum motus tum vociferatio, donec tandem pene suffocata modulum unum aut alterum interponeret concussionemq; capitis paulum reprimeret ; hac arte scilicet resuscitatis viribus eandem cantiunculam statim de novo integravit. Huic semper comes adfuit capitis reciproca nutatio, quod jugi agitatione antrorsum retrorsumq; ex æquo forebatur, motu aut semicirculari aut obliquo minime jaustum. In collo musculi valide tensi et inflati ; cætera membra spasmiss libera. His tamen cum insultibus conflictanti haud intercidit vel pedes suos pro arbitrio vel prout jassa erat in quamvis partem flectendi : Toto enim Paroxysmi tempore sensibus integris atq; imperturbatis fruebatur, et ad libitum imperantis vel sedebat vel obambulabat, verbo interim alicui efferendo prorsus impar. In vultu nulla coloris immutatio, oculi tanquam in morte immobiles, nulla usquam nisi in ore distortio, quæ ibi ob Musculos contractos erat omnino Cynica. Durante Paroxysmo vix digitum feriit pulsus. Hisce motibus agitat aultra Semihorram perststit ; in quo quidem statu vere luftnoso eam relinquere nox tum proquinquans me admonuit. Sorores cum fratre quanquam una astarent, præter morem spasmo intactæ.

Noctu somnus ijs haud malus, si nempe horâ decubitus ad eum fuerint proclives : Secus, Paroxysmi ad mane usq; ingruebant, brevibus æque intervallis ac interdiu.

Puellas ex alterâ familiâ cum novo anno morbus hic invasit ; quo quidem tempore etiam fauces ijs, male affectæ sunt & tumidæ. Paulo postquam eæ, de quibus jam sermo fuit, spasmiss succuberant, hæ Epilepticis insultibus enm sensuum abolitione correptæ sunt ; interdum pectora.

pectoris furentium more tundebant, interdum velut æstro percitæ circumcursitabant, &c. quorum nihil sub tribus primis mensibus perceperant, ijs tantum Symptomatis quæ a me descriptæ sunt vexatæ.

Atrox hæc liberorum Valetudo ut Empiricos consuleret matri persuasit ; quorum ope cum frustra esset usæ morbum a Veneficijs derivari satis obstinate credens, peritos a dire noluit : Fortunatas profecto Agyrtarum partes, c in sicuti morbo curando parum suffecerint, id non ipsorum inficitæ sed Daemonio tanquam *Θεον απὸ μυχαῖς* statim ascribat rusticæ superstitione.

Sed hunc naturæc in esse morbum non prohibet symptomatum aut nova facies aut perennis duratio ; Siquidem spasmi hujuscæ ratio cum communi omnium convulsionum indole congruit, a spiritibus scilicet animalibus oriunda qui turbas intra nervos carent muscularisq; in varias pro ergasmi genio contractiones impellant. Ita ut in hoc casu nihil præter morem agat natura, neq; aliquid monstri præ se magis ferat quam in reliquis Spasmodorum generibus ; quippe motibus Organicis non minus Mechanice hic usæ est, quam in Chorea S. Viti aut versatili illâ affectuum Hystericorum scenâ, ubi nunc cachinnus, nunc ejulatus, nunc violenta pectoris percussio ope muscularum varie atq; invitâ voluntate peragitur. Cum igitur muscularum, tum qui laryngi & Capiti tum qui manibus & pedibus dicantur, eadem omnino sit vis, eadem ad spasmos aptitudo, quicquid novi & prodigiösi in puellis hisce reperiiri videatur, id non tam a symptomatis ingenio quam a parte affectuæ derivandum est, cuius licet eo modo quo diximus convulſæ exemplum non facile occurrat, eam tamen ita posse corripi minus mirabimur, siquid apud nos valet Cl. Willisi observatio, In pueris scilicet qui affectibus cordis & membrorum exteriorum exercitijs nondum assueverunt, materiam spasmodicam in nervos proximos h. e. eos 3ij 5ti & 6ti paris saepius incurrere ; quare illis faciei & oris partes maxime convelluntur.

Horum

Horum tamen Phænomenœ causas disquirere, post ea quæ de Motibus Convulsivis abunde ad manus sunt Volumina, effet opus si non Vehementer ineptum, certe nimis arduum: quanquam si quis anatomiam, ad exemplum Cl. Bellini, Mechanices studio scite conjunxerit, ab eo sanior hujus morbi Theoria expectanda foret, quam forte aut ex Veterum inanitione & repletione aut Recentiorum copulis explosivis potest erui.

Ægri in duabus hisce Familij erant Consobrini, utrum in causa fuerit cognatus Sanguis, ut altera familia per menses aliquot intacta morbum tandem affinem suscepere, horoscopi & sympathiæ studiosis conjiciendum libens relinquo.

Hæc tu, vir doctissime, tuo more benigne accipies, qui quam vis inter tua scripta nihil poni finis nisi accursum & perutile, leviores tamen aliorum conatus & foves semper & amplecteris. Quicquid vero de hisce nugis senseris, id saltem mihi curæ fuisse velim putas, ut tibi notum facerem quo in honore sit tum Ingenij tui præstantia tum morum humanitas apud

Tibi omni observantiâ devinctissimum

Mart 31.
Æd. Christ. Oxon.

Joh. Friend.